Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

774 - 775

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

pro heredibus meis seu quislibet aut ulla persona, qui contra hanc paginolam testamenti adhere conaverit aut eam infrangere voluerit, inferat ad partibus fisci auri libram 1, argenti pondus 2 coactus exsolvat et quod repedit evindicare non valeat stipulacione subnixa. actum publice sub die 5 idus madii facta cartola ista anno 6 regnante domino nostro Carolo rege Francorum seu Langobarthorum. signum Sigibaldi, qui hanc paginolam testamenti fieri rogavit. signum Rihbaldi. signum Uuiniharti. signum Uuielherii. signum Barnulfi. signum Meginbaldi. signum Hildifridi[a]. signum Hildirichi.

W aus dem cod. tradit. Wizenburg. zu Speier von der dritten Hand desselben eingetragen mit der Ueberschrift carta ejusdem Rihbaldi, *Schreibfehler für* Sigibaldi.

Gedruckt daraus bei Zeuss Tradit. Wizenb. p. 58 nr. 54.

15. *König Karl bestimmt auf die Bitte des Bischofs Etto, daß die Angehörigen der Kirche der heiligen Maria zu Straßburg bei ihrem Handel im ganzen Reiche von Zoll und Abgabe befreit sind mit Ausnahme der drei Plätze Quentowich, Duerstede und Sluis. 775 December Schlettstadt.*

Carolus gratia dei rex Francorum ac Langobardorum ac patricius Romanorum omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, centenariis vel omnibus missis nostris discurrentibus vel quibuslibet judiciaria potestate præditis. summa cura et sollicitudo debet esse regum, ad ea, quæ pro oportunitate ecclesiarum dei fuerint postulata, sollerter perspicere et congrua vel oportuna eis beneficia non denegare, sed ea, quæ pro dei sunt intuitu ad effectum, in dei nomine mancipare. igitur cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, qualiter veniens vir venerabilis Etto Strazburgensis episcopus clementiam regni nostri supplicavit, ut ubicumque per civitates vel vicos, castella aut trajectus vel portus homines memorate ecclesie, que est constructa in honore sanctæ dei genitricis semperque virginis Mariæ, navigio aut terreno id est cum carris et saumariis negotiandi gratia irent vel redirent, nullum teloneum quisquam reipublice administrator ab eis exigat. propterea per hoc nostræ auctoritatis præceptum decrevimus, quod perpetualiter mansurum esse jubemus, ut nullus vestrum de rebus, quas navigio aut terreno id est cum carris et saumariis per regna deo propitio nostra homines ejusdem Strazburgensis ecclesiæ negotiandi gratia duxerint, ubicumque accessum habuerint, per civitates vel vicos, castella aut trajectus vel portus excepto Quentouuico[1], Dorestato atque Sclusas nullum teloneum aut ripaticum aut portaticum aut pontaticum aut salutaticum aut cespitaticum aut rotaticum aut cenaticum aut pastionem aut laudaticum aut trabaticum aut pulveraticum aut ullum occursum[2] vel ullum censum

a) W Hildifrido *das o von einem verticalen i-strich durchzogen.*

1 *Heute Wicquinghem, Dorf an der Canche in der Picardie. Betreffend die Controverse über die Lage dieses alten Hafenorts vergl. E. de Rozière Rec. génér. des form. I, 46 und III, 316.*

2 *Ueber alle diese Abgaben s. Waitz Deutsche Verfassungsg. IV, 52.*